



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Porcus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Bos, Taurus, Vacca, Vitulus.

OMnia subiecisti sub pedibus ejus, oves & boves universas, insuper & pecora campi. Pl. 8. Quæ omnia creata sunt pro nutrimento & recreatione hominis. Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Israel autem me non cognovit. Il. 1. Irretit eum multis sermonibus; statim eam [Meretricem] sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lascivientis, & ignorans, quod ad vincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta jecur ejus. Prov. 7. In jecore sedes appetitus concupiscibilis, & amoris. Hinc 70. vertunt. Sicut cervus sagittatione percussus in jecur. Non te extollas in cogitatione anime tue velut taurus, ne forte elidatur virtus tua per stultitiam. Eccli 6. Sicut vacca lascivientis declinavit Israel. Os. 4. Circumdederunt me vituli multi (insolentes bachantes) & tauri pingues obsederunt me. Pl. 21. Applicatur Christo per tribunalia raptato. Occidite vitulum saginatum, & epulemur, quia filius meus mortuus erat, & rediit. Luc. 15. Talis filius prodigus tu es, qui verè pœnitens saginatis carne tui Redemptoris,

Porcus.

Melius non cognoscere viam justitiæ, quam post cognitionem retrorsum converti ab ea, canis reversus ad vomitum, & sus lota in volubro luti. 2. Petr. 2. Geraseni, qui ob porcos à

Dæmonibus oblectos, & in mare se præcipitantes viso JESU rogabant, ut transiret à finibus eorum. Matth. 8. Designant homines cum detrimento temporali nolentes seruire Deo. Sicut filius prodigus cupiens implere ventrem suum de siliquis porcorum, quas nemo ei dabat. Luc. 15. Symbolum est luxuriosi.

Canis.

Nolite dare sanctum canibus. Matth. 7. Sacramenta indignis. *Canis secutus est eum.* Tob. 6. Symbolum fidelitatis. Quòd verbum divinum tam exigua de cane Tobia memoret, v. g. quòd præcucurrerit, & quasi nuntius adveniens blandimento sua cauda gaudebat. Tob. 11. [quæ nec ad mores præcisè aut instructionem aliquam faciunt] signum est, quòd minima quæque commemoret subin Deus de justis; eò quòd eos amet ob cor erga se rectum; dum de magnis coram mundo & peccatoribus aut de grandibus eorum, sicut mundo videtur, gestis nequidem facit mentionem. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus etiam Domine: Nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa Dominorum suorum.* Respondens JESUS ait illi: *O mulier! magna est fides tua. Fiat tibi, sicut vis.* Matth. 15. *Lazarus cupiebat saturari de micis, quæ cadebant ex mensa divitis, & nemo illi dabat.* Luc. 16. Ex his binis textibus discite primò malè fieri, quòd Magnates tantam copiam canum alant, pro illis etiam ad